Fragmentarium



scripto de eadem: et tamen certum est quod mentita est. Laudatur
etiam Raab secundo Iosue capitulo meretrix: in susceptione hospitum
exploratorum Iosue: et tamen mentita est, sed veniabiliter, ut
patet in libro Iosue. Obstetrices etiam in libro Exodi
remunerate sunt a Deo ob liberationem infantium Israel:
et tamen mentite sunt. Laudatur insuper Constantinus
Imperator in historia tripartita libro primo, quod ut
discerneret veros christianos a falsis, dixit se velle
retinere in sua curia omnes qui fidem Christi abnega//
rent, alios autem qui non vellent abnegare se
abiecturum a communione curie sue: tunc vero deprehendit
aliquos, qui fidem Christi abnegabant, alios autem
constantes manere in fide, malentes ergo a curia sua
quam a Christi fide. Tunc autem ille vir loquendi versa,
protulit se vere agnoscere illos quibus non esset
fidendum: dicens illos, qui fidem Christi abnegaverant
quod fideles esse non possent homini ergo seu Imperatori,
qui fidem Deo negaverant. Et sic memorabili facto
illos qui pelligerant curie sue, ex illorum negatione
fidei, cepit eum magno honore et commendatione, alios
vero expulit a curia sua tanquam non futuros sibi fideles
qui Christum reliquissent.

Tertium dictum. Est evidens quod mendacium non
impedit quin informatio seu inquisitio ad deprehendendum
malefactores in quocumque crimine: sive fiat per iudicem
interrogando ad inquirendum mendacia per subtilem indaginem,
aut ad subtiliter experiendum malefactorem ratione licere,
sive fiat per clientes commissos, mediantes grassatoribus
se esse socios in simili specie criminis, vel amicos, ut
possint ab eis verba vel facta cognoscenda extorquere,

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, ParisBNFlat05288_285_f138r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/6121)